

(S. N.) Ego Michael filius condam magistri Agneli imperiali auctoritate Estensis notarius his omnibus interfui et rogatus scribere scripsi.

XIII. Vollmacht Philipps von Frankreich für die Verhandlungen mit König Heinrich VII. 1311 Febr. 14.¹

Or. Paris, Archives nationales J. 611 n. 30, 3. Stockfleckig, daher das Ergänzte in eckigen Klammern.

Ph(ilippus) Dei gratia Francorum rex . . universis presentes litteras inspecturis notum facimus, quod cum nos propter bonum publicum affectantes ea, que ad pacem ecclesie Dei regnique nostri pacis et aliorum regn[orum] commodum videntur . . .]ari^a, nosque dilectos et fideles nostros G. episcopum Baiocensem, magistrum Gaufridum de Plexeyo electum Ebroicensem, [religiosum virum P. abbatem Sancti Med]ardi^a Suess(ionensis), magistrum Alanum de Lambalia archidiaconum Briocensem, magistrum J. Forgeti canonicum Clarom(ontensem) ac Ingerrannum [de Marigniaco cambellanum nostr]um^a, Guillelmum de Nogareto, Guillelmum de Plesiano et Petrum Galardi milites per alias litteras nostras² procuratore[s] nostros et nuntios speciales constituerimus ad compr[omittendum]^a et ineundum tractatus, confederationes, amicitias et conventiones pro nobis et successoribus nostris fut[ur]is regibus ratione regni nostri vel]^a iurium ipsius ex parte una cum inclito principe H. rege Romanorum illustri ratione dicti regni vel imperii pro se su[isque] successoribus in dicto reg]no^a vel imperio vel regis ipsius procuratoribus ex altera iuxta modum et formam in ipsis litteris comprehensos, damus et conc[edimus per presentes eisdem]^a procuratoribus nostris, quinque, quatuor, tribus aut duobus ex eis, plenam et liberam potestatem compromissum, tractatus, [confederationes], amicitias et conventiones huiusmodi firmandi et iuramenti vinculo roborandi in^b animam nostram, etiam si^b esset necesse iurando, et omnia alia faciendi^c, que nos possemus super premissis et ea tangentibus facere, si presentes

a) Stockfleck 3—5 Worte. b) 'in — si' auf Rasur Or. c) 'faciendo' Or.

1) Diese Specialvollmacht vom gleichen Tage wie die generelle MG. Leges II, 514 ist noch ungedruckt. Leider ist sie arg zerstört, doch konnte bis auf eine Stelle alles leicht ergänzt werden. 2) MG. Leges II, 514.